

VITA AC DOCTRINA.

eius acrimonia innotescere, & sophistis artem labefactantibus formidabilis esse coepit. Nam dum annus ageret nonumdecimum, praepetori se tradens, ex Athenaei sectatoribus cuiusdam, illius de elementis sententiam discere cupiens, ubi mox cognouisset eius in logica contemplatione imperitiam, & intellecta Athenaei cum sese ipso dissidentia: cum etiam dialecticae cognitio ab illo ipsi obijceretur, eo relicto alios sequi constituit. Praepetores inde habuit, primo Satyrum: secundo Pelopem apud Smyrnam. Fuit ille discipulus Quinti, qui neminem ea aetate secundum habuit, cuius saepe meminit Galenus: Pelops autem Numesiani, qui & ipse Quinti celeberrimus auditor extiterat. Post hos Numesiano Corinthi dedit operam. Vfus est quoque Feciano praepetore, qui & ipse Quinti discipulus cum eo diu uixerat, ut & Satyrus. Sed & Pergami Stratonicum, Sabini Hippocratici discipulum, praepetorem habuit: Smyrnae autem Albinum Platonicum, annum iam natus tricesimum secundum. Demum autem relicta Smyrna contulit se Romam, ut ipse scribit de se, Commentario primo in librum de articulis. Non uero rationalis solum sectae, praepetores ei eximij contigerunt: sed etiam methodici, & inter empiricos Aeschri-
on. Et hos quidem artis habuit praepetores. Primum autem nihil prius neque studiosius discendum sibi demonstratiua theoria duxit: ut et aliorum disputationes cognoscere, uere ne ille essent, an in speciem apparentes: tum ipse uia quadam insistens, circa quod que eorum quae inuestigari solent, ad inuentionem eius peruenire posset. Cum autem diu multum que a philosophis tum Stoicis tum Peripateticis, illam inquisiuisset, ac solidi nihil ab illis acciperet, sed controuersa apud illos etiam pleraque, immo nonnulla naturali rationi pugnantia reperiret: ad Pyrrhonorum fere haesitantiam recidisset, nisi arithmeticae, geometriae, dialecticaeque cognitione, quibus iam a puero institutus erat, retentus fuisset. Cum uero reputaret secum manifeste ueras esse eclipsium praedictiones, horologiorum clepsydarumque instrumenta, quae que alia iuxta architectonicen inueniuntur, satius arbitrabatur, typorum Geometricorum demonstratione uti: maxime cum eos etiam philosophos qui dialecticos callentissimi habebantur, non inter se solum, sed sibi quoque ipsis discordare uideret: quanquam ex aequo omnes, has geometricas apodixes commendarent. Vnde plenius cognouit, ab illorum dictis abstinendum esse, sequendos uero Characteres illos & lineares ostensiones: quas deinde sequutus, illam de demonstratione operosissimam tractationem instituit. Praepetorum autem suorum quamuis amantissimus semper foret, noluit tamen addictior cuiquam esse, quam ueritatis studiosior: & ob id saepe hominum rusticorum iudicium in plurimis esse sequenda monuit, quod incorruptum esset ac liberum, utpote ab haeresi nulla occupatum. Quinti praepetoris uocem non tulit, qualitatium primarum appellationes balneatorum nomina uocitantis: urinas nosse, ad pictores pertinere dictantis, & alia eiusdem uiri: quanquam tanti illum faceret semper, ut Corinthum Numesiani gratia peteret, quod discipulus fuisset eius: & Alexandriam quoque adiret, aliaque loca permulta, ubi esse aliquem discipulum Quinti intellexisset.

Familiares habuit medicos praestantissimos, & philosophos quoque. Alexandriae quidem Heraclianum: Romae uero permultos, ueluti mox dicemus. Ex Alexandria (Aegypto quae illi adiacet tota perlustrata) annos octo & uiginti natus in patriam rediens, omnia quae cognouerat pharmaca, amicis medicis dedit, ut ea per experientiam confirmaret, quae ab alijs didicerat. Et cum eodem tempore uulnorum neruorum curationem primum excogitasset, uisum est ciuitatis eius pontifici, gladiatorum curationem ei soli committere, quamuis iuueni adhuc. Cum autem prioribus medicis multi antea perisissent, illi ne unus quidem, siue e neruorum, siue uulnere alio mortuus unquam est. Itaque succedentes etiam aliquot pontifices, similiter gladiatores curandos illi tradiderunt. Caeterum non diu in patria commoratus, orta ista seditione, Romam se contulit: ubi plurimorum amicitiam, & praestantium quidem uirorum, statim habuit, uelut Eudemi Peripatetici, & Alexandri Damasceni, qui dein Athenis publica Peripateticae disciplinae professione dignabatur: Item Sergij Pauli consularis, & non multo post praetoris urbani, tum rebus tum disciplinis philosophicis per omnia praecipui uiri: Boethi insuper hominis singularis: cui per multas confectiones ostendere deinde solitus fuit, praesentibus ei semper, quos nunc memorauit. Porro cum Alexandriam, in qua aliquandiu haeserat, reliquisset, ad Palaestinam Syriae (uel Syriam coelen id est, cauam, Palaestinae partem) exportandi opobalsami gratia, & bituminis inspiciendi, contendit. Nauigauit etiam in Lemnum insulam, ut quae de terra Lemnia tradebantur, uera ne essent, praesens inspiceret, & ipsius copiam secum auferret: primum cum ex Asia Romam Imperatoris iussu profisceretur, quo tempore tamen, non ad eum ubi terra Lemnia reperitur locum a nauclero deductus est: itaque ad suum in Asiam reditum distulit: secundo cum se in Asiam reciperet, ad eam quam uoluit Lemni partem peruenit. Item in Cyprum, inde inspectis metallis, Cadmiam, Pompholygem, Diphryges, alia que plurima in usum Pergamensium auxit imprimis uero ingentem Chalcanthi copiam. Sed & Lyciam aliquando, sola rerum inuestigatione allectus, paruo praeteruectus est nauigio totam. Commentario tertio in Hippocratis librum de uictu in morbis acutis, scribit se uinum aquosum, id laudans pro febricitantibus, passim reperisse, in Cilicia, Phoenicia, Palaestina, Scyro, Creta, Aegypto, & alijs quas peragravit regionibus omnibus. Est ubi Orientis provincias se adisse testetur, de Cilicia nimirum & Syria sentiens.

Praepetores in arte medica.

Demonstrationis studium.

Familiares eius Peregrinationes.

sentiens. Anno tandem trigésimotertio Romam profectus est (iuuenis nempe, non adolescens ut quidam scribunt) & post aliquot tempus medicorum Romæ æmulatione ac insidijs commotus, urbe relicta in patriam rediit, ubi non diu cum amicis commorato ei, ex Aquileia literæ ab Imperatoribus missæ redduntur: quibus illi eum reuocabant. Cum iterum (inquit ipse libro nono de simplicium medicamentorū facultatibus) Romam pedestri peterem itinere (nam prius nauis adierat) per Thraciam & Macedoniam, prius à Troade Alexandria in Lemnum ad nauigauit, &c. Tandem trigésimoséptimo suæ ætatis anno iterū relicta Roma, in patriam regressus est: & illic, quantum nobis constat, ad mortem usq; permanfit.

Romæ quid curando & præ sagiēdo præstitit Galenus. Porro quanta eius gloria Romæ fuerit, apud ipsos etiam principes & Imperatores, qui copiosius nosse uolet, ab ipso Galeno petat: ex eius præsertim de præcognitione, ad Epigenem libro. nos historias aliquot breuiter attingemus.

Eudemus quartanarius. In primis quidem Eudemum Peripateticum, magni nominis uirum, laborantem quartana triplici, ob intempestiuè administratam theriacam, (unde febris simplex primū duplicata est, deinde etiam triplicata, prædicente hoc quoque Galeno,) ab alijs medicis, iam ingrauescentem ætate, ac mediâ hyeme, desperatum à cæteris, tempestiuo usu eiusdem antidoti adhibito, restituit: prædixitq; euentura omnia, quo scilicet die quæq; è tribus febris abitura esset, Crisis tempus & modum, morbiq; solutionem: id quod nomen illius existimationemq; per totam urbem, plurimum auxit: sic tamen ut inuidia apud æmulos eius medicos imperitiores pari etiam gradu cresceret, quæ summam uirtutem & doctrinam comitari semper assolet. Itaque cum aliquoties publicè docere, & omnibus, de ijs quæ in arte minis rectè tractarentur aut proderentur, emendatis aut mutatis ab ipso, aut etiam noua inuentione excogitatis, rationem reddere, & in corporum dissectione, alijs incognita quædam ostendere sustinuisset: ut crescentem subinde æmulorum medicorum inuidiam, logiatron eum esse clamantium, declinaret, præsertim cum ægotantium curatio, felicius quàm optasset ei succederet, docere publicè & monstrare desijt: ita ut iam nec apud illos quos curabat, plusquàm necesse esset profaretur, factis potius quàm uerbis quid arte posset declaraturus.

Iuuenis quartanarius. Deinde iuueni, statim primo die quo fuit accersitus prædixit, quartanæ febris insultum esse: & in curationem susceptum persanauit, morbi solutionem (sicut in Eudemofecerat) præfatus.

Neruus uulneratus. Accitus itidem à Posthumo, familiarem Charilampi cubicularij, neruo uulnerato laborantem, curauit: quem nemo medicorum, qui Imperatoris aulam frequentabant, ad sanitatem reuocare potuerat. Post hunc Demadem rhetorem, cuius morbum celebres quique aulæ medici ne cognouerant quidem. Interea uerò dum in Romanis principibus prædictiones & curationes magna laude peragit, æmuli medici uaria de eo per urbem spargunt: alius casu illum quempiam sanasse, periculoq; admodum curationis genere uti: alius diuinatrice peritia, non arte medica, quid in morbis futurum esset prædicere.

Demades. Postea ad Iusti uxorem uocatus, quæ absq; manifesta occasione consumebatur, ex pulsu (qui subito ad nomen eius quem amabat auditum, uarijs modis agitabatur, & subsultabat, quod & alàs perturbati animi indicium est: & uultus ac faciei color ad eiusdem nomen immutabatur) eam non modò amare, sed quem deperiret etiam, miro quodam artificio deprehendit. Eodem tempore cum Alexandro Damasceno, Fl. Boethi præceptore, quum de uoce & respiratione controuersia incidisset: promittebat Galenus se neruos quosdam ostensurum (in hœdis ac porcis) minutos & capillorum instar subtilissimos, partim è dextro, partim è sinistro latere musculis gutturis immisos: quib. uel laqueo interceptis, uel cultro abscissis, uocis impotens animal redderetur, nihil aliò qui quin cetera peragat impeditū. Tum Alex. interpellans: Si prius (inquit) tibi cōcessum fuerit, nos sensibus nostris credere oportere. Ille uerò hæc audiēs, relictis omnib. abiit, hoc unū subiiciens, quàm se sua fefelleret opinio, non enim ad rudes Pyrrhonios uenturū se putasse. Hæc ad aures aliorum quoq; eruditorum peruenere, quotquot in urbe Romana tum erant, uehementerq; est ab hominibus tum Alexander reprehensus, decreuerunt que Seuerus, (qui tum consul erat, & Aristotelicæ disciplinæ operam dederat,) Paulus, (non multò post urbanus prætor creatus,) & Barbarus, (Imperatoris Lucij auunculus,) ut se præsentibus dissectionē hanc Galenus faceret, conuocatis omnibus & medicis & philosophis qui nomen aliquod haberent: id quod magna cum gloria perfecit. Simili etiam industria diuitis cuiusdam seruū, non ex morbo, sed metu, (quod eorum quæ administrauerat pro dignitate reddere rationem non poterat,) contabescere agnouit. Deinde ad Siculum medicum ægotantem à Glaucone philosopho deductus, qui suum ipse morbum ignorabat, hepaticum esse deprehendit, his argumentis. In primo statim aditu obuiam uenit quidam, peluim è cubiculo efferens, quæ tenuem cruoris faniem continebat, carniū nuper mactatarum ablutioni haud absimilem, euidentis affecti iecinoris argumentum. In pulsu uerò inflammationis indicium: & iuxta fenestram hyssopum ex aqua mulsa decoctū animaduertit. unde cogitauit medico pleuritis suspicionem obortam, dolore uidelicet nothas costas infestante, qualis iecinoris quoq; inflammationib. accidere quandoq; consueuit. erat aut & respiratio parua crebraq; & exigua tussis infestabatur. ubi uerò magnam respirationem traheret, dolor in iecoris regione uehementius cruciabat,

Iusti uxor amans. Eodem tempore cum Alexandro Damasceno, Fl. Boethi præceptore, quum de uoce & respiratione controuersia incidisset: promittebat Galenus se neruos quosdam ostensurum (in hœdis ac porcis) minutos & capillorum instar subtilissimos, partim è dextro, partim è sinistro latere musculis gutturis immisos: quib. uel laqueo interceptis, uel cultro abscissis, uocis impotens animal redderetur, nihil aliò qui quin cetera peragat impeditū. Tum Alex. interpellans: Si prius (inquit) tibi cōcessum fuerit, nos sensibus nostris credere oportere. Ille uerò hæc audiēs, relictis omnib. abiit, hoc unū subiiciens, quàm se sua fefelleret opinio, non enim ad rudes Pyrrhonios uenturū se putasse. Hæc ad aures aliorum quoq; eruditorum peruenere, quotquot in urbe Romana tum erant, uehementerq; est ab hominibus tum Alexander reprehensus, decreuerunt que Seuerus, (qui tum consul erat, & Aristotelicæ disciplinæ operam dederat,) Paulus, (non multò post urbanus prætor creatus,) & Barbarus, (Imperatoris Lucij auunculus,) ut se præsentibus dissectionē hanc Galenus faceret, conuocatis omnibus & medicis & philosophis qui nomen aliquod haberent: id quod magna cum gloria perfecit. Simili etiam industria diuitis cuiusdam seruū, non ex morbo, sed metu, (quod eorum quæ administrauerat pro dignitate reddere rationem non poterat,) contabescere agnouit. Deinde ad Siculum medicum ægotantem à Glaucone philosopho deductus, qui suum ipse morbum ignorabat, hepaticum esse deprehendit, his argumentis. In primo statim aditu obuiam uenit quidam, peluim è cubiculo efferens, quæ tenuem cruoris faniem continebat, carniū nuper mactatarum ablutioni haud absimilem, euidentis affecti iecinoris argumentum. In pulsu uerò inflammationis indicium: & iuxta fenestram hyssopum ex aqua mulsa decoctū animaduertit. unde cogitauit medico pleuritis suspicionem obortam, dolore uidelicet nothas costas infestante, qualis iecinoris quoq; inflammationib. accidere quandoq; consueuit. erat aut & respiratio parua crebraq; & exigua tussis infestabatur. ubi uerò magnam respirationem traheret, dolor in iecoris regione uehementius cruciabat,

De uoce controuersia. Eodem tempore cum Alexandro Damasceno, Fl. Boethi præceptore, quum de uoce & respiratione controuersia incidisset: promittebat Galenus se neruos quosdam ostensurum (in hœdis ac porcis) minutos & capillorum instar subtilissimos, partim è dextro, partim è sinistro latere musculis gutturis immisos: quib. uel laqueo interceptis, uel cultro abscissis, uocis impotens animal redderetur, nihil aliò qui quin cetera peragat impeditū. Tum Alex. interpellans: Si prius (inquit) tibi cōcessum fuerit, nos sensibus nostris credere oportere. Ille uerò hæc audiēs, relictis omnib. abiit, hoc unū subiiciens, quàm se sua fefelleret opinio, non enim ad rudes Pyrrhonios uenturū se putasse. Hæc ad aures aliorum quoq; eruditorum peruenere, quotquot in urbe Romana tum erant, uehementerq; est ab hominibus tum Alexander reprehensus, decreuerunt que Seuerus, (qui tum consul erat, & Aristotelicæ disciplinæ operam dederat,) Paulus, (non multò post urbanus prætor creatus,) & Barbarus, (Imperatoris Lucij auunculus,) ut se præsentibus dissectionē hanc Galenus faceret, conuocatis omnibus & medicis & philosophis qui nomen aliquod haberent: id quod magna cum gloria perfecit. Simili etiam industria diuitis cuiusdam seruū, non ex morbo, sed metu, (quod eorum quæ administrauerat pro dignitate reddere rationem non poterat,) contabescere agnouit. Deinde ad Siculum medicum ægotantem à Glaucone philosopho deductus, qui suum ipse morbum ignorabat, hepaticum esse deprehendit, his argumentis. In primo statim aditu obuiam uenit quidam, peluim è cubiculo efferens, quæ tenuem cruoris faniem continebat, carniū nuper mactatarum ablutioni haud absimilem, euidentis affecti iecinoris argumentum. In pulsu uerò inflammationis indicium: & iuxta fenestram hyssopum ex aqua mulsa decoctū animaduertit. unde cogitauit medico pleuritis suspicionem obortam, dolore uidelicet nothas costas infestante, qualis iecinoris quoq; inflammationib. accidere quandoq; consueuit. erat aut & respiratio parua crebraq; & exigua tussis infestabatur. ubi uerò magnam respirationem traheret, dolor in iecoris regione uehementius cruciabat,

Seuerus præ mœstitia ægotus. Hepaticus.

VITA AC DOCTRINA.

cruciabat, sentiebatq; in dextra præcordiorum parte grauitatem: & iugulum quoq; ad inferiores partes detrahi (quod quidem magnas tantum inflammationes, quemadmodum & scirrhum comitari solet:) quæ quidem omnia antequam quicquam audiret à quoquam, Galenus per se & obseruauit & prædixit, magna Glauconis & ipsius ægroti admiratione. Itaque ab eo tempore Glaucō, tum de ipso, tum de arte uniuersa, quam optimam accepit opinionem: Cum antea nihil magni inde expectaret, utpote qui nunquam cum uiris, in arte consummatis uersari consueuisset. Inter hæc omnia uero & hoc fuit admirabile factum, ob quod non solum mira loquentem, sicuti antea plures medici: sed mira facientem eum appellarunt: Boethi uxor frigide & humida temperaturæ supra modum, cum uenter ei tumuisset & in muliebrem fluorem aquosum, cuius nimio profluxu debilis & decolor reddebatur, incidisset, obstetricibus primùm, optimis sanè omnium quæ in urbe erant, usa est, sed frustra: deinde etiam præcipuis quibusque medicis, inter quos cōuenit, adhibenda esse remedia quæ ab Hippocrate & alijs post ipsum optimis quibusque descripta fuissent. Sed sic quoque deterior indies morbus reddebatur. Tandem Galeno soli est curatio demandata: petierat autem is dies decem sibi dari, & intra eos si quid proficeret, alios totidem addi: id quod libenter ei concessit Boethus. Primùm itaque talem sanandi modum excogitauit Galenus, quo non solum humiditatem siccaret, uerumetiam ita calfaceret ut æstatis præsertim tempore ægrotantis corpus non liqueceret. cuius contrarium fecerant medici prius, in arena maris calida ipsam decumbere præcipientes. Deinde non solum euacuandum putauit id quod redundabat, sed etiam ne simile illi gignatur aliud prohibendum. In hæc igitur intentus, uictus etiam ratione uniuersa quam optimè instituta, tantum efficit, ut duobus primis diebus statim remitteret sæuitia morbi: & priusquam x v. dies elaberentur, nullum prorsus morbi uestigium apparuit. Cumq; iam mense transacto & bene colorata esset mulier, adeo ut ad naturalem habitum nihil penitus desiderari posset, nec amplius fluoris indicium superesset ullum, aureos quadringentos ad eum Boethus misit, (quæ summa, ut Gemusæus computauit, ualet aureis rhenensibus plus 1300. uel ut Lacuna, mille coronatis solaribus,) & nobilium medicorum inuidiam auexit. Porro tribus iam annis Romæ uersatus Galenus, ingruente magna peste, confestim ex urbe in patriam properauit, annum iam agens tricesimum septimum. Verum non ita multo post Imperator M. Aurelius Antoninus, intellecta eius præstantia in re medica, eum accersiuit: eratq; secum abducturus in bellum, quod contra Germanos mouebat: persuasus tamen reliquit, cum audisset, diuersa deum patrium Æsculapium iubere, cuius medicus esset, ex quo mortali apostemate laborantem seruauerat. Itaque relictus ab Antonino, toto tempore quo is absuit, memor præuitatis & medicorum & philosophorum qui tum Romæ agebant, interdum ex urbe secedebat ad eum locum, in quo Antonini filius Commodus aiebatur Pitholao commissus: cui etiam ab Imperatore, si quædo puer ægrotaret, Galenum ut accerseret, iniunctum fuerat. Reuerso demum à Germanico bello Imperatore, cōtiguit ut Sextus (alter Imperatoris filius: nam Commodum iam prius in patris Imperatoris absentia, à phlegmone & febris confestim liberarat) in morbum incideret acutum, adeo ut septimum diem euadere non posset, quin iudicaretur. atq; hoc ita euenturum quarto die Galenus cognouit. prædixitq; septimo uel sexto die prorsus iudicatum iri. quod si sexto iudicaretur, reuersurum: sin septimo, integram tum solutionem fore, eamq; per sudorem. Aduenit autem iudicatio die sexto, & quanquã post id tempus ipse Sextus, ut Galeni prædictionem redargueret, & febris non rediret, exquisita uictus ratione uteretur, die tertio decimo tamen iterum febrile cœpit. cum rursus uocatus Galenus, post tres dies eam febrim, quæ satis magna iterum esset futura, desitiram, atq; septimodecimo die à primo decubitu iudicationem facturam, prædixit. & rursus die quintodecimo sententiam suam rogatus: in eadem permanere se respondit, hoc etiam addens, septimodecimo die adueniente sudorem hora secunda noctis erumpere incepturum. Quæ omnia sic euenerunt. Porro cum reuersus ex bello M. Aurelius crederet se aliquando febrile, nec minus medici qui peregrinationis eius comites fuerat: adscitus Galenus, iussusq; arteriam contingere, dixit se febrim nullam percipere, sed potius à cibo assumpto & æstuante, eius uentriculū opprimi, id quod mox Imperator ipse, ter ita rem se habere repetens, confirmauit. sentire enim se cibo frigido grauari. Ventriculum igitur fouens nardino unguento purpurea lana excepto, calido, bibensq; Sabinum uinum cum pipere, quemadmodum Galenus suaserat, minimo negotio fuit restitutus: unde Galenum postea magnopere commendare non desistebat eum medicum præstantissimum esse, ac tum uirum ingenuum, tum summū philosophum prædicans. Nec uero argumentum uulgare Galeni doctrinæ atq; morum integritatis est, quod à Marco Imperatore omnium qui illum præcesserant, iustissimo simul & sapientissimo, quicq; ob singularem sapientiam suam est nomen philosophi indeptus, celebratus encomijs fuerit, ascitusq; in suorum medicorum clientelam. His unam adhuc historiam, sanè memorabilem, adijciemus. Quantum morbi diem iuuenis quidam agebat: quo ipso cum medici uenam incidere decreuissent, nec indicationes (à quibus detrahendum esse sanguinem medici persuadent) aduersarentur: Galenus bene quidem eos in opinionem mittendi sanguinis uenisse dixit: uerum naturam id quod se grauaret expellere festinantem, (diligenter enim omnia considerarat, quæcunq; ab Hip-

Boethi uxor.

pocrate tradita sunt signa illorum, quibus fluxurus est sanguis) breui ac modū, etiamsi nihil ipsi egissent, idem ultro facturam. Dum medici hæc admirantur: æger electo se sustulit, tanquam profiliturus, interrogatusq; cur exilire uoluisset, rubri coloris serpentem per laquearia repere a se uisum respondit, ideoq; electulo se aufugere uelle. Reliquis medicis nihil hoc ad futurum sanguinis fluxum conferre, uisum est: uerum Galeno cum alia singula perpendenti, tum ruborem qui prius in dextra nasi parte ad malam usque obscurus fuerat, auctum ualde intuenti, sanguinis paulo post è dextra nare fluxuri, manifestum id attulit indicium. Atq; ita contigit. Nimirum autem profluentem ab eo sanguinem cum alijs modis non posset, cucurbitula ad hypochondrium dextrum apposita, cohibuit. Cum ex Alexandria in patriam rediret, diuertit in itinere in quoddam rusticum prædium ubi forte ægrotabat dominus, ac penè suffocabatur uix ac glan dium tumore: cum autem deessent alia remedia, ac iam maturescerent nuges, considerata corticum natura acri & alstringente, ex illis corticibus expressit succum, cui mel addidit: hoc remedio subito liberauit ægrotum: eodemq; postea semper se foelicissime usum narrat. Sed complures huiusmodi historias, qui uoluerit, ex ipsis Galeni libris petet: aut Symphoriani Campegij Campos historicos Galeni adibit: in quibus ille ex Galeni scriptis, omnes historias, id est, uisa aut facta ab ipso memoratu digna collegit. Infinitum enim fuerit in præsentia singula persequi, quibus Galenus, non imposturis aut sophismatibus ut alij, sed iustis operibus artis inter principes Romæ innotuit primum, & apud ipsos deinde aliquot Imperatores quoque singulari in precio fuit: adeo ut theriacæ, cuius magnum apud eos studium fuit, & quod non nisi summis aulae medicis committere consueuerant, preparandæ curam soli Galeno mandarent. ac primum quidem Antoninus, cui hanc antidotum Demetrius primarius medicus conficere solitus fuerat, cognito Galenum Demetrio antidotum paranti semper astitisse, post huius mortem, à Galeno eam componi uoluit. Cum autem singulo quoq; die sumere eam soleret Antoninus, uirtutes eius uitiaq; dignoscere exactissime: quæ itaq; tum à Galeno præparata fuit antidotus, cæteris adeo præstare uisa est, ut degustata, medicinae concoctionem, quod in alijs fieri solet, expectare noluerit, sed statim sit usus, nondum integrè duobus mensibus elapsis. Qui Antoninum subsecutus est Commodus, nec theriacæ, nec aliorum curam habuit ullam: quo factum est ut Imperator postea Seuerus, cum theriacam conficere eodem modo, quo Antoninus, Galeno præcepisset, simplicium materia, quæ Traiani & Antonini temporibus reposita fuerat uti cogeretur: imbecilliorq; planè extitit antidotus. intercesserant autem anni nondum triginta.

Valetudo.

Nunc artis operibus huius uiri relicta, ad reliquam uitam intuendam oratione diuertamus. Quod itaq; ad ualitudinem ipsius attinet, sanus per infantiam & pueritiam ferè, patris beneficio perseverauit. Adulescens factus, ob fructuum temporariorum eum, adueniente autumno agitudine laborauit acuta, ita ut uena sectione opus habuerit. Ad pristinum uictum à patre restitutus, anno ætatis octauo decimo sanus permansit: sequente uictu socrorum usus egrotauit iterum similiter, ac rursus sanguis ei detractus est. Posterioribus similiter annis, usque ad uigesimalium octauum, uel singulo uel tertio quoque anno, morbo aliquo laborauit. Post uigesimalium octauum, sanum semetipsum conseruauit, postquam uidelicet salubrem methodum inuenisset, eiusq; præceptis deinceps semper pareret, nullum deinde morbum, ne minimum quidem passus præter febrem ephemeram, quam aliquando ob immodicos labores incurrit. Circa annum quidem uigesimalium octauum, cum periclitaretur, ne ea pars, qua iecur septo transuerso annexum est, abscessu corripere, ab elu horarum omnium penitus abstinentum esse proposuit, exceptis sicibus uisq; omnino maturis: quas tamen neq; intemperanter iam, ut antea, sed cum moderatione sumebat: simul autem cum exerceret, & cruditates omnino uitaret, ita sanitatem diutissime conseruauit. Periculum uerò illud, cuius nunc memini, de abscessu in hypochondrio dextro, non alitid esse puto, quam cuius mentionem fecit sub finem libri de ratione curadi per sanguinis missionem: nempe quod in iuuentute duobus evidentibus insomnijs monitus, arteriam quæ inter pollicem & indicem dextri brachij sita sit, secuerit, & donec sanguis sponte listeretur (nam hoc quoq; insomnium dictarat) expectarit, substituisse autem sanguinem scribit, antequam integra libra effluxisset, & continuo diurnum dolorem, in illo præcipue loco fixum, qua iecur cum diaphragmate committitur, cessasse: Et similiter sacerdotem dei (Aesculapij) in Pergamo, insomnio monitum, secta in summa manu arteria diurno lateris dolore liberatum fuisse. Hoc idem etiam consilio mortale illud apostema esse, à quo se per Aesculapium olim liberatum dixit Antonino Casari, excusans se à profectioe in Germaniam cum ipso, quasi tunc etiam idem deus per insomnium prohibuisset. In libris de ualitudine tuenda: Ipse (inquit) aliquando per hyemem deprehensus in agro, tum ligna findere, tum hordeum tundere, exercendi corporis causa sum coactus: quæ nimirum agrestes quotidie pro opere faciebant. Quartanarium rigorem nunquam, a lios duos non semel expertus est, nam iuuenis quater tertiana febris laborauit: & puer adhuc febrigeret. In libris quidem de sanitate tuenda, scribit se (iam ætate proeuctiorem) ex lassitudine nonnunquam febricitasse, nullum aliàs morbum multis iam annis expertum: quin etiam percussus, (inquit)

VITA AC DOCTRINA.

(inquit) certis corporis partibus, unde alij phlegmone buboneq; contractis febricitarunt, ipse nunquam phlegmonem bubonem ue senſi, nec febre laborauit: non aliunde certè quàm ex feruandæ ſanitatis arte, tanta commoda conſecutus: cum alioquin nec ſalubrem corporis ſtatum ab ortu ipſo ſim nactus, nec uitam planè liberam fortitus, ſed in qua tum artis officijs ſeruiſſim: tum amicis, cognatis & ciuibus compluribus inſeruiſſim: tum plurimam noctium partem, non nunquam ægrotantium ipſorum cauſa, ſemper autem dulcedinis ſtudiorum gratia, peruiſſimauerim. Inter alios quidem morbos & ſymptomata, per iuuentutem uentriculus ei bile aſſiduè inſeſtabatur: ad quem refrigerandum lactuca utebatur: cum uerò ad ætatem declinantem perueniſſet, eòdem olere aduerſus uigilias ueſpere ueſcebatur, iunior quidem, crudo: ſenex uerò cum ex dentibus malè haberet, elixo. Quin & uertiginem aliquando ſenſit, & ſtomachi ſtidiã: & anno ætatis triceſimo quinto in palæſtra ſummi humeri luxationem expertus eſt: & aliquando uentris dolorem uehementiſſimum, ut uideretur in uentre intimo terebra perforari, in eo potiſſimum ſpatio, per quod à renibus ad ueſicam ureteres extenduntur: & iniecto rutaceo oleo, excreuit grauiſſimo cum dolore humorem uitreum à Proxagora appellatum: atque hoc idem alijs quoque hominibus ſimiliter accidiſſe obſeruauit. In libro, qui ad Thraſybulum de arte ſanitatis tuendæ tractat, ſcribit ſe plerunq; multis athletis, qui præſtantiſſimi eſſe uidebantur, quiq; multas in certaminibus coronas meriti erant, ſeipſum ualentioſem eſſe expertum, quando quidem illi (inquit) in omnibus itineribus faciendis, in militaribus actionibus, magis præterea in ciuilibus, atq; ruſticis negotijs, inuiles proſus reperiabantur.

Traditur autem ſenio conſectum tandem requieuiſſe in patria, ut Brunſellius & Lacuna ſcribunt: annos natum ſeptuaginta, ſic enim author eſt Suidas: an omnino tamen in patria obierit, non puto conſtare. Albertus de Eybe Margaritæ poetiçæ ſuæ tractatu i. capite x. tradit eum uixiſſe annis octoginta ſeptem, ſed ſine authore. Profectio eius Romam prima, circiter tempora fuiſſe apparet, quibus Antoninus Pius dictus, qui Adriano in Imperio ſucceſſerat, è uita deceſſit: uelut in libello ad eos qui de typis ſcripſerunt, ſignificare uidetur. unde obitus eius, imperante etiamnum Seuero, iuxta eam ſupputationem contigerit, ut quidam conſicit: ſed Ioan. Tzetzes Galenum ſub Caracalla adhuc uixiſſe prodit. Galenum (inquit Cælius Rhodiginus) memoriæ proditum à nonnullis eſt, centum & quadraginta annos uixiſſe, tantaq; in cibo & potu abſtinentia uſum, ut ad ſatietatem nunquam comederit aut biberit, nec crudum quicquam unquam guſtarit: unde ſit factum, ut odorificum ſemper anhelitum ſpiraret: & citra ullam omnino affectionè, ſola defecerit ſenectute: hinc etiam adagio exorto, ut Galeni ualitudinem dicamus, pro ea quæ ultra humanum captum, nimis ſit proſpera, nimisq; inoffenſa: Sic ille antiquarum lectionum lib. 30. cap. 12. quæ quàm ſint uera, ex ijs quæ antè dicta ſunt, facile eſt conſicere. Hic iam uita eius explicata, ad mores eius ac diſciplinam, ſtudiorumq; rationem intuendam uertenda breuiter oratio eſt.

Eſt primùm quanta eius fuerit prudentia uel ex eo apparet, quòd ab adoleſcentia, ut ipſe ſcribit, ſemper ſe aſuefecit, præcipitem ac temerarium aſſenſum refugere: quamobrem ut nulli ſectarum ſe addixit, ita rationes omnium audire & cognoscere uoluit: & in ijs omnibus quæ ſenſu aut ratione cognoscantur, niſi horum alterutro uel utroque impuſſus, pro certo & indubitato nihil habuit. Eodem conſilio ab omni ſuperſtitione & præſtigiatura, quarum hæc ferè ſenſibus, illa rationi pugnat, ſemper alienus fuit. Mira uerò eius ingenij ſagacitas & animi ſolertia fuit, ex multis diuerſisq; circumſtantijs aliquid promptè colligendi: adeò ut ea quæ peritia & ſagacitate præſtabat, diuinatione quadam aut etiam præſtigiatura præſtare uideretur à multis, ignorantibus ſcilicet illud, *μάντις δὲ ἀπίσθητος ὅς τις εὐχάσεται καλῶς*. Temperas uerò adeò fuit, poſtquam certam tuendæ ſanitatis rationem iam animaduertat, ut nunquam poſtea ob eam in uictu neglectam ægrotarit. Et illum certè qui nihil antiquius ſtudio ueritatis, nihil dulcius artis ad hominum ſalutem inuentæ promotione duxit, in quibusuis rebus, propter quas homines plerique incontinentiæ aut luxus & intemperantiæ accuſantur, quàm minimum deliquiſſe credibile eſt. Itaque mores in uniuerſum graues habuit, & ab obſcœnitate ridiculoq; proſus alienos: eoſdèq; mites ac minimè iracundos. Famulos ſanè nunquam propria manu uerberauit, (ut neque pater eius,) ne commeritos quidem, ſed tum minis, tum paternis admonitionibus, peccata ſemper eorum correxit: iracundiæ impetum nihil differre ab inſania & furore prædicans. Quin & ægros moribus ſemper placidiſſimis ita exhilarabat, ut uel ſolo ſermone uideretur eos reſtituere, Contra in diſputando adeò grauis atque ſeuerus extitit, ut nunquam non ſuis antagoniſtis pudorem, ſibi gloriam maximam conciliariſ. Fuit enim tam acris & uehemens in reſellendis, ſiue ſermone ſiue ſcripto, aliorum tam medicòrum quàm philoſophorum erratis, (ut aſperioribus etiam uerbis & conuicijs non abſtineat, ſicuti contra Theſſalum & Iulianum) tantumq; ualuit dicendo, ut eorum quos perſecutus eſt, uniuerſa ſcripta perierint. Nunc de animi

eius fortitudine & magnitudine dicendum: quæ quidem uirtus imprimis in mortis contemptu honeſtam ob cauſam ſpectatur; non hoc tamen ſolum, ſed etiam aliorum quæ uulguſ ſim-

pliciter bona existimat, ut gloriæ ac fortunæ, præ ueris bonis contemptu. Fuit autem imperterritus atque immotus ad ea omnia, quæ quotidie in uita accidunt, (qualem patrem quoque fuisse prædicat,) & æquam in quibusuis rebus aut casibus mentem seruare consuetus. Quod autem Roma, cum plerisque omnes illic medicos æmulatione & inuidia erga ipsum laborare animaduerterisset, & quosdam etiam uitæ eius clanculum insidiari, urbe relicta in minorem aliquam ciuitatem, ceu tranquilliolem, & ubi omnes inter se noti essent, simulationis uerò & inuidiæ minus, migrare statuit, non pusillanimitate, ut quidam putant: sed partim tranquillitatis studio, partim ut improbis hominibus malefaciendi occasionem subtraheret, id fecit. Inter alias certè uirtutes maxime animi tranquillitatē ut sibi compararet, à patre sæpe admonitus est: & gloriæ honoremq; contemnere assuefactus, atq; unam tantum eamq; nudam ueritatem suspicere: & ob nullam pecuniæ iacturam mœrore affici, quamdiu quæ reliqua essent, ad curandum corpus sufficerent. Quæ quidem patris documenta se semper retinuisse, & ob nullam rerum fortunæq; uicissitudinem, animo perturbatum fuisse, scribit. Gloriæ & popularem auram sic perpetuò neglexit, ut nulli librorum suorum suum nomen præscripserit, & amicos etiam ne id facerent, rogârit, ut pote *μόνης Πάληθείας καὶ ἐπισήμης ἀνδρῶν, καὶ οὐδὲν εἶναι νομισσας οὐτὲ βεῖοτόρου ἀνθρώποις, οὐτὲ κάλλιου κτήμα*, ut ipse de se scribit septimo Therapeutices, & mox subiungit: *ὅτι τούτ' οὐκ οὐδ' ἐπέγραψα ποτὲ ἐμὸν ὄνομα τῶν ἐμῶν χειραμνῶν βιβλίων οὐδὲν*. In libelli quidem De libris proprijs principio, non simpliciter nullis suorum librorum, sed illis quos introducēdis siue in discipulorum aut amicorum rogantium gratiam ad priuatum ipsorum captum usumq; conscripserat, non ad editionem, nomen suum se addidisse negat. constat autem aliquos etiam ut ederentur ab eo conditos. itaque ipse sibi contradicere uideri posset: sed aliter se habet. nam in libello ad Bassum De libris proprijs, causam reddens cur aliqui ex libris ab eo conscriptis, ab alijs atque alijs mutati & corrupti, à nonnullis etiam sibiipsis sint uendicati, subdit: huius rei causam esse, quoniam nomen suum ipse non addiderit, &c. Ad quæ uerba tamen non sequitur, cæteris accuratius & ad editionem conditis libris nomen suum se inscripserat: sed potius neque his, ne quid ambitioni & gloriæ daret: neq; illis, utpote imperfectioribus. De gloriâ quidem populari, & laude apud multos, ita sentiebat: nonnullis uiuentibus eam aliquando commodum ceu instrumentum esse, mortuis autem nihil omnino prodesse: immo uerò nec uiuentium quibusdā: quum eis qui plurimum philosophiæ indulgerent, non paruo impedimento esset apud uulgus fama, ipsos uidelicet à rebus pulcherrimis plus iusto transuersos auferens.

At si gloriâ contempsit, dicit aliquis, quid est quod non rarò sua ipse inuenta tantopere prædicet, suas tum medicationes tum prædictiones tam prolixè commemoret, seq; extollat, ut cum aliàs sæpe, tum in uulnerum, præsertim neruorum curatione?

Huic nos respondebimus, non facere hoc Galenum, nisi ubi uerè & meritò facere potest: & non tam seipsum, quàm res pulcherrimas à se inuentas, ac generi humano utilissimas prædicare. Qui uerò gloriâ ceu bonum aliquod spectant, uerè ambitiosi & iactatores homines, ij gloriâ ipsam ueritati plerunq; anteponūt, & si quid fortè ueri boniq; inuenerint, sese tamē potius quàm res ipsas extolli cupiūt. Præterea cum gloriâ alia popularis sit, quæ τὸ φαινόμενον magis quàm τὸ ὄν affectat: alia uerò contrà, quæ nō tam multis, quàm paucis uidelicet ingenuè bonis & eruditis innotescere quærit: hanc posteriorem & uirtuti coniunctam gloriâ, Galenum non aspernatum fuisse dicimus. Denique cum res quanquam præclaræ, dum nouæ sunt, à paucis approbentur aut in usum uertantur, nisi maiori aliquo præconio commendentur, Galenum utilissima uita inuentum est. plerique, autem utpote obtusiori, in ueritate peruestiganda, mente, maiori aliqua impulsione & commotione animi, ut quæ bona sunt credant ac amplectantur, indigent.

Iustitia. Venio ad iustitiâ: quam ueluti maximam & potissimam uirtutum ad postremū distulimus locum. Huius uerò cum siue partes, siue species sint diuersæ, diuinissima est quæ pietas dicitur.

Pietas. Extant autem Galeni siue pietatis siue amoris præclara argumenta multa, in deos immortales, in parentes, in patriam, in præceptores & eos, à quibus disciplinis & artibus imbutus est, in amicos, in artem ipsam, & in genus deniq; humanum totum.

In Deum. Deum sanè ut agnouit, unum esse, (summum uidelicet & principē deorum: ut Aesculapium medicinæ authorem, quem deum alicubi appellat, minime pro summo & uniuersali deo, sed particulari quodam & subdito, ac solius medicinæ ceu præside genio habuerit, sicuti etiam Socrates.) ita eundem optimum maximumq; & cogitationum etiam nostrarum cōscium existimauit. Itaq; de fide sua ipse inquit in tertio de locis affectis: Deum igitur testem facio, me dicturum esse, quod post longam inquisitionem in ipso artis exercitio, & in disputationibus cum doctissimis uiris comperi, & uerissimum esse statuo. Quis uerò talem animum tam & ueritatis amantem, & iuuandi generis humani cupidum, non perpetua laude dignum esse iudicet? Ceterum ut alibi non rarò, ita in primis in septendecim illis libris, quos de usu corporis humani inscripsit, ueluti totidem hymnos, ut ipse appellat, conditori compositos, opificis nostri sapientiam, prouidentiam, iustitiam,

VITA AC DOCTRINA.

tiam, iustitiam ac bonitatem, non solum agnoscit libenter, sed & magna cum admiratione & reuerentia nusquam non predicare & extollere solet. Immo sacrificium hoc Deo acceptissimum esse censet, non si ei hecatombas uictimasque offerat quispiam cruentas, aut casiam & thura accendat: sed si mysteria illius operaque, primum quidem unusquisque cognoscat expendatque, postea uero alijs communicet: in horum enim ignoratione summam impietatem consistere profitetur: ut ueram pietatem in opifice nostro laudando, cuius sapientia sit infinita, potentia inuicta, benignitas perfecta. Sed Græca ipsius uerba, ne quis addi aut fingi à nobis quicquam suspicetur, adnumerabo: *ὁμ ἱερὸν λόγον ἐγὼ τὸ δὴ μιμερηήσαντο ἡμᾶς ὕμνον ἀληθινὸν σωπιδῆμι, καὶ νομίζω τὸτ' εἶν τὴν ὄντως εὐσεβείαν: οὐχὶ εἰ τῶν ἱερῶν ἐκαστόμβας αὐτῶ παμπόλλας κατὰθύσαιμι, καὶ τὰ ἄλλα μυρία μύρα θυμιάσαιμι, καὶ κασίας: ἀλλ' εἰ γνοίην μὲν αὐτὸς πρῶτον, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐξηγούσαιμι, οἷον μὲν εἶν τὴν σοφίαν, οἷον δὲ τὴν δυνάμιν, ὅποῖον δὲ τὴν χρυσόπιπτα. τὸ μὲν γὰρ ἐβέλθη κοσμεῖν ἅπαντα τὸν ἐνδεχόμενον κόσμον, καὶ μηδ' ἐν φθονεῖν τῶν ἀγαθῶν, εἰ τελευτήτης χρυσόπιπτο. ἐγὼ δ' εἶγμα τίθειμαι: καὶ τῶν μὲν ὡς ἀγαθὸς ἡμῖν ὑμνεῖσθαι. τὸ δ' ὡς ἀνὴρ μάλα κοσμηθεῖν, πᾶν ἐξυρεῖν, ἀκρας σοφίας. τὸ δὲ καὶ δρᾶσαι πᾶν ὅσα προείλετο, δυνάμειος ἀνηήκον.* Et alibi: *ἐγὼ μὲν οὐδ' ἐπαίνομι ἐπὶ ἡτὶ τὴν ἀξίαν τὸ δὴ μιμερηήσαντο τὰ ζῶα τῆν τε σοφίαν καὶ τὴν δυνάμιν ἱκανὸς εἶν νομίζω. μέγιστα γὰρ οὐκ ἐπαίνων μόνων, ἀλλὰ καὶ ὑμῶν τὰ κοινὰ τῶν ὄντων εἶν.* Atqui alibi ueluti oblitus seipsum, non Deum sed naturam hoc principium uocare uidetur. non tamen reuera sentit, hanc principem esse causam, sicut impiè fecit Plinius libri 2. sub finem capitis septimi concludens, naturam haud dubiè id esse quod deum uocamus. Sic autem de natura scribit. *Εἰς ἢν ἀνομιῆν εἰ τις ὑπεβλέψῃ ἐν ταῖς ἀνατομαῖς, καὶ σκεψάτω πτότρον πλημμελῶς ἢ δίκαιως, οὐκ ἴσα τοῖς μόρεσιν ἅπανσι διγνεῖται, ἀλλὰ τοῖς μὲν μέγιστο, τοῖς δὲ ἐλαττοῖς, τὰς αὐτὰς ἱπποκρατεῖ, καὶ εἰ μὴ βούλοιο πάντως φθέρχεται φανῆς, ὡς εὐπαίδ' οὐτός τε καὶ δίκαια καὶ τεχνικῆ, καὶ προνοητικῆ τ' ζῶων ἢ φύσεσιν εἶν, εἰ γὰρ δὴ τὸ ἡτὶ τὴν ἀξίαν ἐκᾶστω σκεπείδαται τε δὴ δυνάμει ὄντων δικαιοσύνης εἶν, πῶς οὐ δικαιοτάτη πάντων ἢ φύσεσιν;* Quòd si natura diuinitissima est, & perita & arte predicta, & prouida, quorū nihil sine ratione est: iam rationalis quoque uidebitur, & planè Deus apparebit: sicuti dolabræ aut cuius instrumenti fabri, si rationem & artem aliquis attribuat, fabri etiam nomen merebitur. Nimirum autem Galenus alicubi ut Gentilium uulgus, naturam, ueluti substantiam quandam per se, aut numen quoddam existimauit. nam sub finem libri 17. de usu partium, mentem unam per omnia diffusam, quæ in cœlestibus corporibus nobilissima & summa sit, ignobilior uerò in terrestribus, naturam facere uidetur, eamque rationis compotem seu participem: (quam aliqui ueterum philosophorum animam mundi appellarunt.) & huius substantiam in corporibus solidis, esse putat cum Hippocrate calorem innatum: aut calidi, frigidi, humidi & sicci temperaturam. & Platonem quoque ait naturam appellasse creationis nostræ authorem, de substantia uerò eius nihil ausum esse pronunciare. Et huic sapius opificium artificiumque omne quod in nostris & animalium corporibus est adscribit. Alibi uerò (ut libro undecimo capite xiiij. De usu partium) disertè duo principia, Deum, quem opificem κατ' ἐξοχὴν nominare solet, & naturam distinguit: ita ut Deum, ex ijs quæ secundum naturam fieri possunt, ubi scilicet materia adest, eaque commoda, id quod melius est, ac simul materiam ad id aptam eligere ac expetere, dicat: quæ uerò natura facere non potest, ut ubi materia deest, aut non est apta, ea ipsum ne aggredi quidem, medium quodammodo inter Epicuri & Mosis sententiam se esse professus: quoniam hic Deum simpliciter omnia posse & facere dixerit, ille uerò prorsus ociosum fecerit: tanquam Deus non quidem potentior quam natura sit, sed sapientior solum: cum interim non raro naturam nihil prorsus sine causa aut temere facere scribat, sed omnia summa cum sagacitate ac prouidentia. Verum de his copiosius dicendi locus non est. Nos qui meliorem, quam ratio nostra per se consequi potuisset, doctrinam hausimus ab unigenito Dei filio, qui omnia parentis sui sacra mysteria nobis reuelauit. Deum non omnium solum secundum naturam rerum, sed ipsius quoque naturæ totius, ac materiæ omnis, creatorem dominum & opificem esse, & ueluti organum mouere naturam, informare uerò materiam quamuis qua ipse uoluerit forma, & miracula edere posse, (hoc est, supra contraque naturam, aliqua cum uoluerit, efficere) ut uerè sit omnipotens, & à natura & artificibus reliquis differat, qui sine idonea materia perficere nihil possunt, didicimus atque credimus: & ut in rebus naturalibus atque medicis ingenium ac doctrinam Galeni suspicimus, ita in ijs quæ ad Deum spectant, quoniam Deum ex ipsa natura & ratione humana (futor, quod aiunt, ultra, crepidam) inuestigari posse existimauit, neutiquam approbamus. Non extendimus quidem omnipotentiam Dei ad mala & falsa, uel quæ inter se pugnant, ita ut simul consistere nequeant: quæ quidem ideo non potest Deus, quia ne uult quidem, ne secum ipse qui summum est bonum & summa ueritas pugnet. At quæcumque uult & uoluit, ea potuit potestque omnia: ut sunt non solum quæ secundum naturam sunt: nam hæc quoque omnia in suo genere bona sunt, & in aliquem mortalium usum diuinitatis bonitate concessa: sed etiam supra contraue naturam aliqua, quæ scilicet ijs quæ secundum naturam sunt, meliora fuerint, ut nostra etiam mens in nobis ad Dei imaginem condita, sæpe quæ contra naturam (corporis saltem) sunt bona, naturalibus præfert. Ut uerò naturalia ut plurimum uult Deus, neque solitum & institutum à se naturæ cursum sine

magna causa abruptit: ita ueritati & iustitiæ consona perpetuò & sine ulla exceptione uult: & mala quidem uniuersalia nunquam: particularia uerò non rarò, modò ad bonum uniuersale referantur. Naturæ autem dominum idcirco ostendere se uoluit, ut cum solis eclipsim fecit contra naturam cum pateretur unigenitus eius, ut homines inde naturam non esse deum, sed aliquod ea prius meliusq; principium intelligant. Hac ratione à Christo nostro & mortui excitati sunt, & à morbis desperatis ægri restituti, & multa contra naturam facta miracula, ut per hæc ipsa naturæ dominum se nobis approbaret. Verùm hæc melius explicanda relinquimus illis, qui meliorem quàm rerum naturæ scientiam profitentur. Temerè certè ac impiè Galenus libro secundo de differentijs pulsuum Mosis ac Christi scholas repudiat, ceu nulla stabilitas demonstratione: quasi uerò miracula, quæ plurima & uerè diuina in utroque testamento factitata legimus atque credimus, non omnè demonstrationem superent. Hæc si perpendisset Gal. & æqua mète sibi insinuari, à numine pfecta passus fuisset, tum ea quæ sanctissimi uiri de Deo ac reb. diuinis dixerūt, ceu principia minimeq; demonstrada axiomata, esse accipienda, persuasus fuisset: aut saltè per hypothesin admisisset, donec ea quæ sequuntur intellexisset melius, omnia nēpe ad Dei solius honorè ac gloriam, proximi uerò utilitatem: deniq; euentus multis deinceps seculis ita ut multò antè prædicti fuerant, semper respondisse animaduertisset, & unam hanc religionē ut antiquissimam omnium ita sibi similem semper & perpetuam fuisse: nimiam certè illam de sua intelligētia opinionem deposuisset, neq; ceu lineares & geometricas demonstrationes has in religione nostra desiderasset. Quod quidem ut faceret, uel ipsa Christianorum in omnibus aduersis ad mortem usq; cōstantia, quæ ipsum minimè latuit, mouere debebat. Huius autem constantiæ libro 3. de pulsuum differentijs meminit, cum scribit: Citius autem Mosis affectu & Christi sua deserant dogmata, quàm qui sectis additi sunt tum medici tum philosophi: Cōsiderare etiā debuerat, crescentē in medijs persecutionibus Christianorum religionem: decrecentem uerò, nulla ui sensibili resistente suam & ethnicorum, & deficientia iam oracula, carmine præsertim. Hæc de Galeni circa nostram religionem ignorantia inuitus dixi: & quidem pluribus quàm uel proposuerā, uel qui hæcenus eius uitam nobis descripserunt alijs: quoniam id fidei nostræ professio postulare uidebatur. In hoc saltem non uulgaris, ut inter Gentiles, eius pietas apparet, quòd Deum, ut diximus unum, rerū omnium opificem, motorem ac conseruatorē, & naturæ principem agnoscit, eiusq; magnitudinem & providentiam, magna cum alacritate plurimis in locis prædicauit: & ut naturæ causam, opificem ac gubernatorem inquirant, homines studiosos seriò hortatur: modestia uerò, quòd licet ab adolescentia opifex ille rerū quis nam esset à philosophis addiscere cupiuerit, de eius tamen substantia, ut etiam animæ, nunquā pronunciare ausus est. Habuisse quidem ipsum insomnijs quoq; fidem, ueluti diuinitus, aut ab Aesculapio suo missis, aliquot ex locis librorū eius apparet: ut primum cum medicinæ operam dare cœpit, parentis insomnio: deinde cum somnio monitus, arteriam secuit, &c. Ad pietatem quidem in Deum hoc etiam referendum uidetur, quòd neq; circa amuleta, (quæ ne Christiani quidem multi, sed nomine magis quàm re, deuitāt) nec alijs in rebus absurdis, siue illicitis, siue ratione saltè carentibus, supersticiosus fuerit: ut palam profitetur & nos supra quoq; ubi inter eius uirtutes de prudentia mentio facta est, aliqua ex parte diximus. Sed nunc de eius in homines pietate dicendū superest. Parentē suum nusquā non sine magno honoris titulo appellare solet: & id in locis permultis ac proluxè semper facit, ut appareat nunquā suuio rem sibi uocem edere uisum fuisse, quàm quæ parentis sui laudes decantaret. Maximè uerò in Cōment. de cognoscendis curandisq; animi affectibus, illum commendat unice: quod sanè opus ueluti encomiasticū paternarū uirtutū est. Patriam uerò & ciues suos tanto amore prosequutus est, ut tanquā exemplo Vlissis quodā, præ horum amore maximorum Imperatorū fauores ac studia negligeret. Neq; enim cæterorū more stulta ambitione illectus, (quod sepe numero insectari & damnare in artis professoribus solitus est,) neglecto studio ueritatis, assentationib. & reliquis imposturis principū fauores uenari tētauit. Et quāquā maiori ex parte nemo sit patriæ acceptus, (sic enim natura ferè cōparatum inter homines est, ut peregrina quidē & aduentitia ingenia admirentur: sua uerò domesticaq; ob familiarē usum, despiciant) Galenum tamen Pergamenses suam studiosè redamabant, colebant & obseruabant, ut ipsum & seruatorē suum, & patrem patriæ, omnes cōmuni ore uocarēt: neq; id iniuria. Siquidē non modò curabat sedulò, ut suorū ciuium re cte ualerēt corpora: sed quemadmodū legislator atq; philosophus summus, etiā erat sollicitus, ut eorum animi optimis documentis instituerentur. Quo circa uarios cōment. scripsit ad excolenda suuentutis ingenia admodum salutare. Conciliauit autem sibi maximè plebis & tenuioris fortunæ hominum animos, quod medicamentis simplicibus uulgaribusq; & paratu facilibus, plurimum utēs, & recta uictus ratione sine pharmacis, ubi id fieri poterat, curās, eorū quos suspiciebat facultates minimè opprimeret. Cōtrā q̄ faciūt plurimi nostra ætate medici, qui in aggerādīs plerunq; pharmacis ostētationi suæ indulgēt, & si ægrotos ijs nō ledūt, pharmacopolarū certè (à quibus saepe uel munerib. corrumpuntur, uel lucri partē habent cōmunē aliqui) maiorē quàm egrotatiū rationē habēt: aut si etiā iuuāt, poterāt tamē & debebāt, præsertim angustioris fortunæ ægros,

Pietas in parentes.

In Patriam

In pauperes & egenos.

simplicius